CVM praxis isthæc chymiatrica clarissimi & excellentissimi Domini Doctoris Ioānis Hartmanni à diuersis & etiam exteris nationibus maxime desiderata, modo autem impressa ad manus meas peruenerit, exemplaria autem in copia propter tumultus bellicos, præsertim in inferiore Germania, Anglia & Gallia haberi non potuerint, consultum fore putaui, amice Lector, illā ipsam annexo de oleis arte chymica destillandis tractatu nouo, in nullius tamē præiudiciū vel fraudē sed potius ad maiorem autoris laudem & Reip. commodum ob materiæ præstantiam & affinitatem in hanc cōmodiorem formam cōiicere & typis recudere. Quod vt æq, boniq, cōsulas, obnixe rogo. PRO-